

5. Summam m. Simonis de Bismario cum opusculo Richardi Cremonis¹. 6. Summam Richardi Vormatiensis episcopi. 7. Librum infortiati. 8. Librum codicis Iustiniani. 9. Summam institutionum a Placentino compositam apud Montem Pessulanum. 10. Clementinas cum apparatu Iohannis Andreae. 11. Casus et notabilia decretalium. 12. Ordinem iudicarium m. Thancreti. 13. Textum Clementinarum sine apparatu. 14. Librum iuris. 15. Summam confessorum Iohannis. 16. Statuta synodalia cum Benedictina. 17. Excerpta decretorum Gratiani. 18. Goffredum instituta Iustini imperatoris cum institutionibus feudorum. 19. Primam secundae b. Thomae. 20. Primam partem b. Thomae. Quorum librorum sub lit. N. signatorum sunt in numero viginti unus².

Sub littera O. 1. Legendas sanctorum, primam incipientem de vita s. Petri apostoli cum aliis legendis. 2. Librum alium de legendis sanctorum et primo de ss. Gorgonio et Dorotheo martyribus cum aliis legendis sanctorum insertis. 3. Alium librum de vitis sanctorum et primo de s. Hilario episcopo et confessore cum aliis legendis sanctorum insertis. 4. Librum alium continentem vitas sanctorum, inprimis vitam s. Ottonis episcopi cum aliis legendis sanctorum insertis. 5. Alium librum de legendis sanctorum, inprimis legendam s. Leonhardi confessoris cum aliis legendis sanctorum insertis. 6. Primam partem Lombardicae historiae ab adventu Domini usque de s. Pancratio cum summa m. Iohannis Beleth de officiis ecclesiasticis. 7. Secundam partem historiae Lombardicae. 8. Lombardicam historiam in uno volumine per circulum anni. 9. Homiliarium per circulum anni de tempore cum certis sanctorum patrum sermonibus. 10. Homiliarium aestivale de tempore. 11. Homiliarium de sanctis per totum annum et commune sanctorum cum certis sermonibus sanctorum orthodoxorum patrum. 12. Homiliarium Smaragdi super epistolas et evangelia de tempore et sanctis cum certis sermonibus sanctorum patrum. 13. Sermones sanctorum ab adventu Domini incipiendo. 14. Sermones sanctorum patrum a festo purificationis incipiendo. 15. Sermones sanctorum patrum a dominica palmarum incipiendo. 16. Vitam s. Leonardi cum vita s. Brandini abbatis. Quorum librorum sub lit. O. signatorum sunt in numero sedecim.

1) Es ist Simon von Bisignano und Sicard von Cremona, jetzt Bamberg. D. II. 20. 2) Auch hier stimmt die Einzelaufzählung nicht zur Gesamtzahl. In der Hs. steht bei n. 3 hinter 'pontificum' ein Punkt. Vielleicht umfasste n. 3 zwei Codices.